



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 56. Oratorum conventus apud Pragensem Episcopum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

netta prudenti dicendi modo exposuit, Sæcul. XVI.  
conqueri Cæfarem, quod tunc, cum Sy- A C 1562.  
nodus duos illos articulos se petente  
reservasset, Patres ne responso quidem  
ipsum essent dignati: idcirco eam quis-  
que sententiam pacate ferat, quam di-  
gnitati Synodi, & Ecclesiæ utilitati  
profuturam putarent. Per hæc verba  
delinitis, & quasi restitutis in liberta-  
tem Patribus, rumor resedit, collectis-  
que tranquille sententiis, octo supra no-  
naginta Patres Decreto consenserunt,  
triginta vero octo dissenserunt: itaque  
hoc Decretum accendentibus plurimo-  
rum suffragiis fuit approbatum.

## §. LVI.

*Oratorum conventus apud Pragensem  
Episcopum.*

Eadem die paulo post habitam congre- Pallav. n. 5.  
gationem Legati Principum ceteros & 6.  
rogarunt, ut unaomnes in domum Ar- Ep Legat.  
chiepiscopi Pragensis, cum is omnium & arc. not.  
Oratorum esset primus, convenienter ad Vicecom. ad  
communis emolumenti negotium. In- Borr. 16. &  
teresse recusabant Veneti, ac Florenti- 17. Sept. ap.  
nus; idque hic abs dubio fecit, ne de Pallav.  
sedis prærogativa cum Helvetiorum De-  
putato contendere cogeretur: illi autem  
id ipsum renuerunt, eoquod nullum e-  
jusmodi conventibus assistendi manda-  
tum a suo Senatu accepissent: Igitur

X 5 aderant

**Sæcul. XVI.** aderant dantaxat præter Cæsaris Legatis, Oratores Galli, Lusitani, Helveti & Pagnanus, qui Piscario Marchioni secretis erat. Hi unaomnes in Archiepiscopi ædibus convenerant, ubi Dracovitus Quinqueecclesiensis Episcopus prolixo sermone eos hortabatur, ut junctis inter se consiliis Synodi Præsides, quatenus morum emendationi invigilarent, urgerent, hancque rem Synodo proponerent. Hæc propositio Lansaci pergrata accidebat, verum ejus defensione a ceteris minime satisfactum: quippe Helvetiæ, ac Lusitanæ Oratores nullo pacto ad Lansaci molimina pertrahi poterant, quinimo Lusitanus juncta cum Pagnano opera ceteris omnino dissuadere nitebatur, ne Quinqueecclesiensis Episcopi propositionibus acquiescerent, vel saltem cum majori moderatione agerent. Hujus Oratoris prudenti consilio postea Cæsarei, ac Galli pariter consensere.

## §. LVII.

*Oratorum postulata ad Legatos.*

*Pall. l. 18. c. 8.* Porro præfati Oratores eodem die, priusquam postrema haberetur *Con-*  
*n. 8.* *Mem. pour le regregatio,* Legatos adibant, ubi Lansacus ceterorum nomine perorans, hæc *Conc. de* *Trente p. 293* exponebat. I. Cum vos jam firmo statueritis animo ea, qua decidenda sunt,

